



16
1.
2.
3.
4.
16
1.
2.
3.
4.
5.
1.



DEO Annuente!

DE CAS

1674, 5.

THESIUM CASUUMQ;

Ex

Tit. Instit. de Rer. Div. & Acq. ipsar. Domin.
& illis, quæ ad eundem proponi solent,

Exercitii Academici ergo,
depromta.

14

Quam,

PRÆSIDE

JOH. ANDREA Frommann/

J. U. D. & Instit. Imp. P. P.

In publica Ernditorum ventilatione
pro viribus defendet

JOH. WILHELMUS Schenck
à Stauffenberg / Eques Suev.

In Auditorio luridico, horis solitis,

d. XXVIII. Septembr. ANNO M. DC. LXXIV.

TVBINGÆ,

Typis Kernerianis.

titatis,
in fin.
ingens,
uxor.
radit in
ex con-
christin.

essitatis
b. 37. π.
onunt.
testatur
e, con-
Sutholt.

th. 94.
m non
ui. Du.
multis,
casibus
m, tra-
ergo ne-
merari,
olo ter-
undunt;

nte exa-
essionem
fin. Ol-

prope-
spuent.
nac ma-
o anne-
stris ipso
e tamen
, & po-
enfer

ficien-
774



VIRIS
GENEROSIS ET MAXIME STRENUIS
DOMINIS,

DN. WOLFGANGO FRIDERICO Schenck von Stauffenberg / zu Lautlingen / Margrethenhausen und Wilflingen / &c. Ordinis Equestris Suevici, quaternionis ad Nicrum, Sylvam Hercyniam & Ortenaviae Consiliario, & ad Conventus Deputato gravissimo, &c.

DN. JOHANNI GEORGIO von Werdnaw / zu Diessen / Dettingen / Bittelbronn und Baissingen / &c. in S. C. MAJESTATI militiae Equitum Magistro laudatissimo, &c.

Illi Parenti: Huic Avunculo: utrique, ut sanguinis, sic paternorum beneficiorum, nomine, pie, religiose, colendo.

in gratitudinis devotae tesseram,

Exercitium hoc Juridicum
Academicum submissè

inscribit

JOH. WILHELMUS Schenck
von Stauffenberg. Resp.



C. I. N. D. N. I. C.

DECAS

THESIUM CASUUM QUE,

EX

*Tit. Inst. Fur. de Rev. Div. & Acq. ear. Domin.**nec non de iis, quæ ad eundem proponi solent,*

depromta,

I.

Ad princ. & seq. §. 2. ac 4.

Vlarum publicarum usus, secundum Jus Gentium & Civile Romanum, sed & secundum Jus Germanicum, communis est omnibus. Solida hinc ratio dubitandi ex his Juribus non est, quare non teneatur Dominus territorii alii Domino permittere transitum cum captivo malefico: Die Durchführung eines gefangenen Maleficanten durch seine Bottmässigkeit. Quod si tamen alicubi receptum, daß man umb ein Glait zu Durchführung der Maleficanten anhalten/und schriftliche Reversalien von sich geben muß / hæc præstare nolenti transitum talem denegare, justitiæ non repugnat.

) 2 II. Ad

II.

Ad §. religiosum. 9.

Aliud est locus religiosus, aliud jus, mortuum in eum inferendi. Ille alienari non potest: quia extra commercium est; hoc verò vel maximè: quia ad jura privatorum pertinet, quæ in commercio sunt, quæ æstimari possunt, & de uno in alium per contractus, per ultimas voluntates, transferri, ipsius loci religione non repugnante.

III.

Ad eundem §.

Ut ipsa demortuorum corpora, illata sepulturæ gratia, locum faciunt religiosum, secundum Jus Romanum: ita vel maximè ipsis cadaveribus humanis religio debetur & humanitas. Unde adhuc arrestatio debitoris cadaveris, ob debitum, inhumana, iniqua, injusta & punienda est: etiamsi in carcere, cui se suâ obligatione addixerat, mortuus fuerit.

IV.

Ad §. Singulorum. II.

Circa res in patrimonio acquirimus jus vel in re: ein dinglich Recht/oder dingliche Gerechtigkeit: vel jus ad rem: eine Obligation oder Schuld: seu jus, quo persona aliqua obstringitur ad rei debita

ta

tae praestationem. Ex quibus juris circa res speciebus illud hoc ipso fortius est: Et ex quinque juris in re speciebus (nec enim plures sunt:) potentior est Dominium, (seu rei singularis corporalis, seu hereditatis) quod quippe operatur in ipsam rei substantiam, ei, cui hoc jus in re competit, eandem appropriando: virtuteque sua in se & Servitutem, & Pignus, & Possessionem complectitur. Cum, e contra, haec jura in rei accidentia sint comparata: Pignus, qua res aliqua habilis est, ut securitatem crediti Creditori; Servitus, qua extraneo alicui utilitatem, praestet; Possessio, qua habilis est, ut ipsi insisti queat, salva ubique Domino manente proprietate.

V.

Ad eundem §. II.

Dominium, de cujus acquirendi modis, Gentium jure introductis, in h. t. agitur, est jus in re corporali, ad hoc, ut ea propria sit, Gentium maxime jure, introductum. Ex quo consequitur, Vafallos, utut, secundum hodiernam loquendi consuetudinem, fundorum feudalium dominium utile habere dicantur, eorumque domini esse utiles, ususve longævi in omnibus regulariter magna sit vis, nunq. tamen obtinere posse,

) 3

ut

ut propterea in rei veritate dominium horundem fundorum habeant, eorundemque domini propriè dicantur; sed semper, uti fuerunt, ita manebunt, eorundem usufructuarii, communicatam tamen, ex jure domini, insuper eisdem & vindicandi, & ad successores feudales transferendi, potestatem habentes. Eadem ratio est cum Emphyteutis, cum Superficiariis; nisi quòd hi ex jure domini à proprietario communicatam, fundos etiam alienandi, potestatem habeant.

VI.

Ad §. Quum ex aliena. 25.

Deposuit quis nuper in vicinia in irruptione militum apud amicum lanam, argentum, pannum, tabulas seu asseres. Interfecto à militibus depositario heredes ejus, putantes, hereditatis esse hæc omnia, vendunt ea: Lanam tinctori cuidam: Argentum aurifabro: Pannum sarcinatori: omnibus existimantibus, merces has esse heredum vendentium: quorum hic ex panno emto fecit vestimentum; ille ex argento poculum: iste lanam tinxit. Qui ipsi emtores & lanam & vestimentum possident adhuc: Tabulas verò heredes hi vendunt scriniario, sed scienti depositas

fitas esse: qui exinde mensam & arcas fabricat,
fabricatasq; itidem adhuc possidet. Deponens
iste superveniens audit hoc, & simul, de paupera-
tos belli calamitate heredes esse. Metuens ergo
inanem sibi depositi actionem adversus eosd.
fore, inquit in istos emtores possessoresq;. Ab
iis quidem & lanam, licet tinctam, & poculum,
rectè vindicat: nec poterunt illi invito obtrude-
re lanæ vel argenti pecuniam; Vestimentum ve-
rò si deponens hic mallet habere, quàm panni
precium, vindicare poterit minimè: etsi merce-
dem operæ sartori offerre vellet. Benè verò vin-
dicabit mensam illam arcasq; à scriniario, adeò,
ut nihil pro opera eidem præstare teneatur.

VII.

Ad §. Ex diverso. 31.

Ædium b. fidei possessor, cujus Parentes mul-
tas in eas, tanquam suas, fecerant impensas, si
rei vindicatione conventus, ignarus impensa-
rum, restituit easdem ædes domino, nec oppo-
sita exceptione servavit impensas, actionem ad-
versus dominum, ad eas immediatè obtinen-
dum, adeò nullam habet, ut, si ædes restitutæ ita
perierint, nihil illarum impensarum nomine ul-
laratione à domino ædium consequi queat.

X. Ad



VIII.

Ad §. Item si quis merces. 45.

Civis Tubingensis Sturgardiæ habens horreum frumento repletum, horreum hoc, cum frumento, hinc Tubingæ vendit, ac simul claves tradit ad utrumque. Horrei quidem dominium à momento clavium traditionis emtori acquiritur; frumenti verò nondum. Facile hinc fieri potest, ut damnum hujus incurrat.

IX.

Ad §. vendite verò. 42.

Vendit Titius Sempronio fundum 1000. florenor. pro fundo alio & trecentis florenis, eidemque eundem tradidit, nec fundo nec precio illo hætenus accepto, sub spe tamen mox accipiendi utrumque. Sempronius acceptum hunc fundum, suumque, quem obligationis jure sic debebat, Cajo, ignoranti fraudem, mox vendit, tradiditque, & precio ab eo accepto, aufugit. Titius, utur ab hoc impostore fugitivo nihil pro suo fundo unquam consequi queat, nec etiam, translato ita in Cajum, Titio huic debito, fundo, impostor hic amplius facultatem eundem Titio tradendi habeat, Titius tamen hic adversus Cajum nec rei vindicationem instituere potest, nec aliud juris remedium ei adversus eundem Cajum competit.

X.

Ad §. quæ ratione. 47.

Rem pro derelicto habitam in alieno occupans loco, etiam loci domino invito & prohibente, nedum ergo ignorante, nihilominus ejus dominus fit, si derelinquens dominus fuit, si non, in usucapiendi conditione, ex titulo pro derelicto, constituitur. Nec dominus loci agere potest ad rem, in ipsius fundo ita occupatam, petendum vel rei vindicatione, vel personalia aliqua actione adversus occupan-

rem.

TANTUM.

ULB Halle


3

006 302 106



V. 17







DEO Annuente!

DECAS 1674, 5.

THESIUM CASUUMQ;

Ex
*Tit. Instit. de Rer. Div. & Acq. ipsar. Domin.
& illis, quæ ad eundem proponi solent,*

Exercitii Academici ergò, 14
depromta.

Quam,
PRÆSIDE
JOH. ANDREA Frommann/
J. U. D. & Instit. Imp. P. P.

*In publica Eruditorum ventilatione
pro viribus defendet*

JOH. WILHELMUS Schenck
à Stauffenberg / Eques Suev.

In Auditorio luridico, horis solitis,

d. XXVIII. Septembr. ANNO M. DC. LXXIV.

TVBINGÆ,

Typis Kernerianis.

